



REVERENDO VIRO,

SAPIENTIA, ERVDITIONE
& virtute præstantissimo D. Docto-
ri HENNINGO HOPPE, Iuris
& æquarum legum consultiss. Ee-
clesiæ maioris Deiparæ Virginis a-
pud inlytam Ephordiam sacræ
Præposito & Seniori, &c. compa-
tri ac Mæcœnati suo plurimum
obseruando, Ioannes Cu-
rio Berckensis
i[n]gratia e[st] in v[e]r[e]

PO S T Q V A M reueren-
dus in Christo pater ac summa
pietate spectabilis D. Ioannes
Picus, Regii monasterii Montis
S. Petri apud inlytam Ephordiam Abbas
longe dignissimus, anno superiore è vita ex-
cessit,

P R A E F A T I O N

cessit, obscurum humanitati tua non fuit,
quantopere hoc tanto viro, tam sincero
amico, tam candido monitore, tamque
liberali Meliorate atque incomparabili
patrono amissio, animus mens consterna-
tus fuerit. Erat vir ille in omni discipli-
narum genere non infelicitate versatus,
sed Theologico studio praeceteris tanta
pertinacia addictus, ut Biblia sacrosan-
cta assidua lectione non solum memoriter
ad vnguem pronunciare, sed eadem
fratribus quoque suis felicissime inter-
pretari posset: eoque rem deduxerat, ut
nisi immatura mors consilium eius prae-
uenisset, Doctoris iam nomine haud du-
bie conceretur. Hic talis ac tantus vir,
quamvis gravioribus interea crisis distri-
peretur, nihilominus tamen succisiis ho-
ris in mediorum etiam vireta diverter-
et sibi duxit, quo nimurum ea quoque
que al sanitatem tuendam necessaria vi-
derentur, thesauro rerum omnium me-

1704

P R A E F A T I O .

moriae in tempus opportunum concrede-
ret , vnde illud etiam consecutus est , vt
quotiescumque incideret mentio aliqua de
rebus , ad medicinam proprie spectanti-
bus (incidebat autem sapissime) non se-
cūs , ac si in medicorum scholis duntaxat
versatus fuisset , de ipsis differeret . Beni-
gnitas vero eius in iuuandis & prouehe-
dis ingenuorum adolescentium studiis non
obscura , sed cuius obvia & exposita fuit .
Ac ne longius quidem abeam , ecquis in-
uentus est vñquam , qui dum firmo adhuc
& vegeto corporis robore frueretur , libe-
ralior ac munificentior in Academiam no-
stram extiterit ? Reliquorum & egypti-
pato , quotquot hic ab initio dimana-
runt ; si paucula quedam excipias , à tem-
flamentorum executoribus ad id subordi-
nata prius fuerunt . At noster hic Picus
mentis incitatione magis , atque sponte sua ,
quam aliorum hortatus , munificus esse vo-
luit . Quare iuxta angurum obserua-
tio-

PRÆFATIO.

nes, èπὶ δέξι ἐτίην ημῖν, εἰωνό τε πάρεχεν
αὐτού. Cui, utinam, reliqui quoque auum
greges consimiles aliquando volatus me-
ditontur. Porro autem qualis idem erga
me existent, fugere neminem arbitror,
quippe cum in oculis fere omnium positum
fuerit. Familiaritatem semel mecum ini-
tam non sicut simulateque, sed pie admodum
et sancte coluit, eamque dissolui atquere-
scendi, licet hoc strenue sane à quibusdam
ipso suggereretur, agerrime passus est. Be-
ne Deus, quam amice ac sedulo, si qua ad
rita honestatem, aut ad rei familiaris in-
crementum facere viderentur, ea mihi in-
culcabat omnia. Ad postremum vero, que
in me contulit beneficia, et ac tanta fu-
runt, ut molestum humanitati tua fore
putem, si ea hic singula recensere pergas.
Vnum tamen silentio non facile prater-
misericordia, nempe sine repulsa me semper ob-
tinuisse, quicquid ab ipso peterem. Me-
rino igitur ac optimo quidem iure, tam
imma-

P R A E F AT I O .

animaturo atque inexpectato eius obitu et
nimus mihi vsquequaque demissus atque
magnō adeo mōrōre hactenus confectus
est. Sed hunc tu mihi , vir humanissime,
iam magna ex parte (haud scio , an ali-
quo etiam meo merito) erexisti , doloremque
profectō omnem abscessisti : qui me vltro
statim simul ac tali patrono orbatum vi-
disti , intuam fidem & clientelam singu-
lari quodam modo suscepēris. Nam et si
ab eo vsque die , quo Erphordiam primum
veni , in amicis me semper habueris , ac
maximis interea beneficijs obstrinxeris ,
adeoque primus omnium obnixe χερτύτε
ποσίτυτε contenderis , vt summis honorum
gradibus onerarer : nunquam tamen pro-
pensiorem in me sensi animi tui volunta-
tem , quam ubi singularis ille Mecōnas
presenti vita subductus est. Hic reuerenda
humanitas tua aperte demum atque pa-
lam indicauit , quo antea in me fuisset a-
nimō , vt qua nullum omnino pratermis-
se

P R A E F A T I O.

rit amicitie officium, quin cumulatissime in
Curionem tuum detulerit. Nam queso te,
quod Pici morte ademptum est, quod tu vir
humanissime non aevit⁹ t⁹ μέτρων λόγον,
vt est apud Hesodum, compensaueris? Nun-
quam quidem tristem me à conspectu tuo, si-
ue consilio, siue auxilio apud esset, discedere me-
mini. In quo sane animum agnoscō vere libe-
ralein, & primario viro dignum, ac mei a-
mantissimum: Cui, dī faxint, vt officiis mu-
tuuo respondere quandoq; valeam. Præterea
vero, cum hoc mihi fatale quodammodo sit,
vt ex ijs, qui sese amicorum nomine apud mo-
vendant, permultos indies experiar mihi
χειρίσεις μὲν λόγοις, πολεμίσεις ἢ τοῖς τρό-
ποις quicoram blandiantur quidem, sed ab-
sentes mordeant, tu infirmatamen & perpe-
tua amicitia præsens absensq; idem semper,
hoc est, ex animo amicus, vereq; benevolus ac
fidelis permanens, innocentiam meam stren-
ue tueris atque defendis. Cum igitur saepe &
multum uicem cogitarem, quo tandem offi-
cio

P R A E F A T I O.

cio pro tot tantiis q̄ in me meritis Reuerendam
H.T. vicissim demererer, ne q̄ vllum satis ido-
neum inuenirem, ac tristis interim essem, &
conturbatior, timerem q̄, ne contumeliosissi-
mum mihi tñs ἀχαεις aliquando obij-
ceretur coniitum: Ecce commodum mihi
litera ab excellentissimo D. Adamo Lonicero,
Imperialis urbis Franeortensis Medico phy-
sico, amico & fratre meo singulari, allata
sunt. Is obnixe me honestissima socrus sua no-
mine rogabat, ut libellum Schola Salernita-
na, quem ipsa rursus ob diuendita ac distracta
proximæ editionis exemplaria, prelo iamiam
commissura esset, denuo quam diligentissime
porlegere, atque à mendis vindicare non
grauarer. Cui, quod honesta ac utilia essent,
quaepeteret, refragari equidem nec volui, nec
debui. Libello itaq; ēn κεΦαλῆs ēs πόδαs, η
πάλiv ēn τῶv πόδῶv ēs πόδωv κεΦαλῶv, re-
dici solet, reuiso ac perfecto, dī boni, quot pas-
sim occurserunt mendo, partim quidem ope-
rarum incuria, partim vero mea ipsius etiam

85 (vtaq;

P R A E F A T I O.

(Vt appareat) à p e c r e g i : & commissa. Quaſa-
ne, quanta potui diligentia, correxi: nonnulla
quoque vt superflua & à τερσδιόνυοι ex-
empla reieci: quādam ex Grecis minus com-
mode reddita dilucidius explicui: insuper & a-
lia quādam lectu non indigna ad finem ad-
iunxi. Ea igitur omnia, cum suo iam deſtitu-
ta ſint Mecenate, adeoq; ſine patrono in ma-
nu ſtudioſorum redire vereantur: ſub reue-
rendi nominiſ tui patrocinio, vir humaniſi-
me ac vnicē mīhi in perpetuum obſeruande
compater, in publicum emittere placuit. Ac
primo quidem, vt cai in collocandis benefiçis
par ſemper fueris, eidem remunerationis quo-
que honore exequareriſ. Deinde vero, vt pro
ingentibus benefiçis, quibus me hactenus de-
umxiſti, viciſum gratitudinis mea aliquod
haberes μνημόσυνον. Hoc ergo, vir humaniſ-
me, munificum, ſi non nominiſ tui ſplen-
dori: ac virtuti par, ſaltem ab homine tui ſtu-
diosiſimo atq; obſeruantiſimo profectum,
porrectiore fronte accipias, & donamis potius

an-

P R A F A T I O .

animum, quam muneris magnitudinem pon-
deres, patrocinioq; demum tuo, atq; fauore &
vitilitigitorum & sycophantarum calumniis
ruti reddas, etiā atq; etiā rogo. Ego hoc vici-
sim Reuerendae H.T. polliceor, me, quæcunq; sa-
nitati dignitatique tua conducere arbitrabor,
tanto studio esse facturam, quanto semper tu
& studio & officio in meis rebus fuisti. Va-
le nobis quam diutissime incolumis, & Cu-
rionem tuum, qui H.T. plurimi facit,
amare perge. Erphordia 3.

Non. August.

—
—



T R A

